

NUB SARAJEVO

R 324

I 14389
EPITOME VETUSTATUM
PROVINCIÆ BOSNIENSIS.

S E U

Brevissimum compendium historico-chronologicum de antiquitate,
variisve suis vicissitudinibus , & consistentia usque ad hæc
tempora inclusivè . Accitis Catalogis Vicariorum , (qua
Vicariæ quondam:) Minis. Provincialium . Scriptorum :
& assumptorum ex illa ad Pontificiam
dignitatem .

Accedit denique Catalogus omnium Provinciarum Cismontanæ
Familiaæ novissimè dispositus à P. Carolo Maria Perusino
ex Gonz. Juxta præcedentiam , quæ cuilibet in Ordi-
ne competit . Ac tandem incalce Valor soli Bos-
nensis describitur : Congesta , &
compilata

A' 1765

P. PHILIPPO ab OCCHJEVJA

Ex Ministro Provinciali jam tum ante novissimam divisionem inclite
Provincie S. Joannis à Capistrano ab hac Bosnenſi .




IfI tIBI VtVt LegentI CharaCteres Dant eraM.

Venetijs typis Dominici Lovisa 1765.

PROLOGUS.

Cum postuma Nata, Inclyta nimirum Provincia S. Joan. à Capistrano prodiit ex hac Bosnensi: Supressa hæc, & in Custodiam deposita ingemisset, ni Supplici cum prece illico informatio humiliata fuisset sanior Reverendiss. Patri Clementi à Panormo, tuuc Minis. Gener. totius Ordinis Minorum: ac per eundem SS. D. Clementi XIII. quem Deus diu incolumen servet: Quorum uterque, justa onomasticm sui, clementissime dignati sunt præcipere jura antiquissimæ hujus, Matris multarum, Provincie indemne servanda; vetusque sigillum ei cum omnibus privilegiis, & præminentia antiqua, restituendum. Quod tam parum placuit P.P. monx divisæ Prov. quam illico parare orsi sunt paranda, producturi in Cap. Gen. Mantuano tunc iminenti, atque vocaturi in jus præsentiam. Super qua re edocet tardiusculum, satis angebamur cum temporis angustia, tum monumentorum carentia, cuncta quippe vetustiora hic desiderabantur, utpote aut una cum Conventibus saepe pernicie consumpta, aut à FF. tyrannidem fugientibus alio translata. Porro ultimis hisce temporibus hujus sæculi Archivia in Christianis partibus servabantur. Cum his omnibus diligentia adhibita, nec labori parcentes conquisivimus, quantum præfatæ emergentiæ permiserant, & compilavimus ea, quæ primo Cap. continentur provisionaliter dumtaxat, ut, si præcedentia in jus vocanda fuisset: sicuti profecto fuit vocata, & decisa in nostri favorem: fundatis rationibus, & juribus auctoritas decisiva initatur. Et eundo ad prælaudatum Cap. Gen. Mantuanum celeriter impressioni dedimus ita, ut nec mendas typi emendare licuerit: Quocirca recudi ea oportuit; & tali occasione Cap. 2. cæteraque sequentia addere fategimus. Nemo ergo miretur hanc epitomem adeo esse compendiosam, plurave desiderari pro complemento talis qualis historiolæ; sed oportuniora tempora, & monumenta nactus, inventis addere æmuletur, si placuerit.



R 324


CA-

CAPUT I.

De antiquitate, & Natis Provinciæ Bosnensis.

§. I.

1.



Anc Provinciam sub titulo Vicariæ antiquissimam esse, & ipsi Religioni Seraphicæ ferme coævam (quidquid dicat Pater Franc. Gonz. & alii ex ipso) nemo ire inficias potest. Nam illa anno Domini 1260. Religionis vero 51. jam excreverat in 8. custodias, ex quo constat eam multo prius suo gavisam fuisse exordio. Enim vero prædicto anno sub Generalatu D. Bonaventuræ in Capitulo Generali intermedio Narbonæ celebrato factus fuit Catalogus Provinciarum, & Vicariarum: Et inter has, primum locum optinet Bosnensis. Prima Vicaria Bosnensis habet octo Custodias &c. Harol. & Wadd. ad an. 1540. num xx.

2. Plurimæ utique Provinciæ ex hac prodiere, partim immediate, partim mediantibus subdivisionibus. Et quidem primo, S. Nicolai in Apulia. Nam dum ibi Græci habitarent, erat Bosnensis Vicariæ custodia S. Cath. quæ successu temporis numero fratrum, & conventuum aucto, divisa est, & decorata titulo Provinciæ ante Parentem. Nunc vero sub divisa est in duas. Item omnes Provinciæ, quotquot sunt à Mari Adriatico usque ad confines Tartariæ, & montes Carpitos Hungariæ, surrexerunt ex Bosnensi. (Si earum surrectio spectetur post Bullam Eug. IV. incipit. *Dum salutaria laborum vestrorum studia*) Qua Pontifex subjugaverat Bosnensi Vicariæ universa loca totius dictæ circumferentiæ, his verbis. Nec non omnia loca & domus ordinis, & observantiæ prædicatorum ubilibet à Mari Adriatico usque ad confines Tartariæ, quæcumquæ, & quotcumquæ numero sint, de dicta Vicaria esse, illique perpetuo subesse . . . decernimus; Nec non omnes in Regno Hun-

A 2

Hun-

Hungariæ C. Dat. Romæ apud S. Petrum an. incarnat. Domini 1446. Quinto nonas Julii Pont. nostri an. 16. Item Harol. hæc habet. Inaudiens autem Pontifex FF. Vicariæ Bosnæ valde frequenter, & fractuose laborasse pro infidelium reductione, ac specialiter multos Ruthenos ex Hungaria, & Transilvania sua predicatione conversos baptizasse, declaravit omnes domus, ac loca Regularis obſervantiæ ubilibet à Mari Adriatico usque ad Confines tartariæ ad Vicariam Bosnæ pertinere.

3. Diximus notanter: *Si earum surrectio spectetur post Bullam Eugenii IV. Inficiari quippe non potest, quod jam tum tempore Principis Belæ viguerit Provincia Hungariæ. Et si per dictam Bullam, aut in toto, aut saltem in parte ad Bosnensem Vicariam accesserat. Iterum auctoritate Nicolai V. rediit in se ipsam: Nam hic omnia loca à flumine Drava (quam Wadd. & Horal. Zelbam appellant) Secrevit, & fecit Provinciam Hungariæ: quæ posmodum diversis subdivisionibus facta, nunc plures numerat. Item Provincia Dalmatiæ procul-dubio præextiterat. Nam in Catalogo Narbonensi cit. supra num. 1. illa optinet 9. locum inter Provincias, Bosna vero locum 1. inter Vicarias. Et sicut auctoritate Eugenii IV. ad Vicariam Bosnensem accesserat, ita auctoritate Nicolai V. iterum divisa est, ac tandem subdivisa in duas, nimirum, Dalmaticam S. Hieronymi, & Ragusinam. Provincia Dalmatiæ gloriari potest, quia habuit Ministrum Provincialem P. Hieron. de Asculo, qui postea fuit Min. Generalis Ordinis, dein Cardin. tandem summus Pont. Nicolaus IV.*

4. Ex his patet, quonam jure nonnullæ Provinciæ, licet ex Bosnensi prodiverint, præminentia, & præcedentia super eam gaudeant, quia, nimirum, aut ante accessionem ad Vicariam Bosnensem præextiterant: aut divisæ, titulo Provinciæ ante Parentem sunt decoratae, consequenter & præminentiam adeptæ.

5. Utrum autem Vicaria Bosnensis, ante divisionem in Provinciam Bosnæ Croatiae, & in Provinciam Bosnæ Argentinæ fuerit decorata titulo Provinciæ, incertum mihi probatur. Dicit quidem P. Franc. Gonzaga, quod P. Bartholomæus ab Alvernia, qui venerat qua Vicarius Missus ex Italia 1407. opti-

nue-

nuerit eam decorari tit. Provinciæ: sed posteriora monumenta ordinis contrarium indicant pluribus in locis. Unum sufficiat adducere. In Cap. Gener. celebrato in Insula Bilentina anno 1469. Cum Dalmatia iterum divisa est à Vicaria Bosnenſi, illa decoratur titulo Provinciæ, Bosna vero non, sed titulo Vicariæ, ex quo evidenter mihi probatur eam nondum fuisse Provinciam declaratam, alias illi hujus tituli honor non denegaretur, sicut Dalmatiæ mox divisæ non denegatur. Do verba auctorum dicti cap. Generalis ex Cronologia P. Mich. Ang. de Neapoli. *Tertio ordinata. Primo: quod FF. Ragusæ cum locis suis sint una Provincia cum PP. & locis Dalmatiæ... Et si contigerit FF. Vicariæ Bosnæ ad eos C. Nec mirum hic falli P. Gonz. qui circa has partes in aliis quoque multis fallitur, utpote, qui, (ut ipsem facit) non potuit habere tunc bonam informationem rerum harum partium. Unde fallitur afferendo, Primo: quod Vicaria Bosnenſis exordium habuerit sub Reverend. P. Gerardo Odonis, ubi tamen ante 70. in 80. annos jam erat, ut diximus num. 1. Secundò, quod laudatus Reverendissimus Jaderam, & ad has partes appulerit anno 1339. appulit enim post factum Cap. Generale intermedium Assisi an. 1340. Tertiò: quod missus fuerit à Clem. VI. qui potuit ab hoc mitti, si hic ad Pontificatum summum primò, anno 1342. fuit assumptus? Quarto: quod P. Bartholomæus ab Alvernia ab an. 1407. per continuos 40. annos Bosnam gubernaverit: legitur etenim, quod P. Jacobus de monte Prandone (i. e. D. Iacob. de Marchia) qua Vicarius sit huc missus 1425. Ita falli potuit etiam in afferendo, quod prælausatus P. Barth. ab Alvernia obtinuerit Bosnam decorari tit. Provinciæ: alias cur ex post hic titulus illi fuisset subtractus?*

§. II.

§. II.

De divisione Bosnæ, in Provinciam *Bosnæ croatiæ* (quæ ad præsens Carniolia dicitur) & *Bosnæ Argentinæ*.
Et, de jure præcedentiæ inter illas.

1. HÆC divisio diu quidem agitata, ac tandem effe^{tive} & complete fuit facta anno 1514. Quantum verò ad præcedentiam; Videtur, hanc fuisse debitam Bosnæ Argentinæ, minus historiam hujus divisionis callentibus. Primo: quia hæc est origo & Mater gloria illius, sicut & multarum aliarum Provinciarum: Neque illa potuit ratione decorationis titulo Provinciæ ante Parentem (sicut aliæ quædam Natae suæ) hanc præcedentiam sibi vindicare, cum tali titulo sint simul decoratæ, sive hoc factum sit ante, sive in ipsa divisione. Secundo, Croatæ utique hanc divisionem petierant, resistentibus Bosnensibus, ut constat ex P. Fran. Gonz. in Proemio Bosnæ Croatiæ. Itaque videntur hi debuisse amittere jus ad præcedentiam atque præminentiam.

2. Verumtamen sciendum est, quod hæc Vicaria (sive Provincia) ante fatam divisionem semper constituerit sub universali nomine Bosnæ, appellata *Vicaria*, & *Provincia Bosnæ* dumtaxat. absque ullo cognomine. Porro cum in fata divisione utrumque membrum retinuerit partem Regni Bosnæ (quia hæc divisio Bosnam ferme per medium tunc secuerat, sicuti eam secat fluvius Verbas) neutrum veteri glorioso titulo voluit privari; sed hoc retento, acciverunt cognomina ad differentiam. Una itaque appellata fuit *Provincia Bosnæ Croatiæ*; Altera vero, *Provincia Bosnæ Argentinæ*. Illa, tunc temporis, constituerat in occidentali plaga Regni Bosnæ (habens nonnulla monasteria etiam in ditione Imperiali Croatiæ) quæ nondum erat eo tunc adeo inundata, atque populata rabie Turcicæ pernitie. Pars hæc etsi minor extensione, dignior tamen principalitate erat; utpote in qua famosa urbs Jajce in ripa occidentali fluviij Verbas sita, quam tunc Regni Metropolim fuisse, dixerimus,

Re-

Regumque, ac Banorum quondam sedem. Nec in jus vocandum est tunc Bosnam fuisse ita secatam ac divisam. Nam eodem anno divisionis 1514. In Cap. Prov. celebrato Cætinæ, elegerunt primum Min. Prolem P. Petrum à Jajce Natione Bosnensem. Item anno 1523. Cap. Provinciale celebrarunt in eadem urbe Jajce, nec umquam amplius hæc Provincia *Bosnæ Croatiæ* interrupit sua comitia, sed semper viguit. Non sic Provincia Bosnæ Argentinæ. Nam.

3. Provincia *Bosnæ Argentinæ* constituit in parte orientali Regni, quæ eatenus inundata fuit & populata à Turcis, quatenus 30. Monasteria, seu domus fuerint destructæ. Religiosique mutato habitu in domibus ruricularam delitescerent. Quo accedit, ut hæc Provincia non illico viguerit in actu exercito, sicut prior, sed filuit: Nec comitia illico in ea sunt cæpta celebrari. Post novem annos divisionis, legitur fuisse Min. Provincialis quidem P. Stephanus Cuçich Dalmata; an per vota, aut alia auctoritate electus? mihi non probatur: qui cum aliis 10. religiosis captus à Turcis, dum duceretur ad Praessidem, profugit in via, nec amplius comparuit: reliqui vero crudeliter fuerunt extinti. Et quinque Monasteria solo æquata. Post hoc per annos 40. Siluit Provincia Bosnæ Argentinæ, nimirum usque ad an. 1568. & primò tunc aliquantulum rabie Turcica mitigata, quædam loca restaurata inhabitari cæperunt, comitia celebrari, ac Provincia hæc vigere denuo.

4. Ex his patet, quod licet Provincia Carnoliæ vere sit filia Bosnensis Provinciae; verùm tempore divisionis cum illa, ut præfertur num. 1. hoc §. partem Regni Bosnæ, & quidem principaliorem retinuerit, ideo & nomenclaturam non amiserat, sed appellata fuit Provincia *Bosnæ*, accito cognomine *Croatiæ*, sicuti alia *Argentinæ*. Aliunde licet utraque simul decorata fuerit titulo Provinciæ in actu signato; In actu tamen exercito Provincia *Bosnæ Croatiæ* utique præcessit Provintiam *Bosnæ Argentinæ*, quæ diu filuerat, ut mox num 3. diximus. Itaque jure legitimo illa præced. & præminentiam super hanc vindicarat.

5. Sed neque ex eo, quia Croatæ petierant divisionem, amissione.

serant præcedentiam: quia amissio hæc pro pæna culpæ supponitur deberi. Porro ubi culpa deest, etiam pæna desse debet, Cum autem petierant illi divisionem, necessitas ursit, non ambitionis culpabilis, ut patet ex Gonz. l. cit. num. 1. hujus §. Itaquæ nec ex hoc capite &c.

6. Postquam autem Turcæ successive inundaverint etiam occidentalem partem Regni Bosnæ: Aliunde Monasteria Bosnæ Croatiæ in Christianitate per Croatiam, & Carnioliam sunt aucta, Religiosi hujus Provinciae se retraxerunt ex toto Regno Bosnæ: Quocirca Filii Provinciae Bosnæ Argentinæ illis Christianolis, qua Missionarii, & Parochi cæperunt inservire, & ita faciunt usque ad hodiernum. Cumque Provincia Bosnæ Croatiæ nullum jam locum occiparet in Bosna, cessavit & ratio nomenclaturam Bosnæ retinendi: Idcirco in commitiis Gener. anno 1688. decisum est, eam in posterum appellandam esse Provin. Carniolie: salvis tamen juribus præcedentiæ &c. ut pote legitime possessæ à principio.

§. III.

De divisione Bulgariæ, & dimissione Transylvaniæ.

1. EX Provincia Bosnæ Argentinæ an. 1645. sub Provincialatu P. Petri Gasparovich, alias Lipgianovich prodixit Prov. Bulgariæ: primo in Custodiam per se & absolutam. Nec dubitaverimus id factum fuisse auctoritate Cap. Gen. eodem anno celebrati Toleti in Hispan. Et qua custodiam perstitisse usque ad annum 1670. constat ex Chronologia Julii, ubi in actis Cap. Gen. celebrati hoc ipso 1670. anno Vallisoleti, hæc leguntur. Declarat Cap. Gen. quod Minis. Generalis possit destinare Comm. Visit. ad Provinc. Bosnæ Argentinæ, & Custodiam Bulgariæ aliquos ex propriis earum alumnis. Qui nimmo dignitatem Provinciae obtinuit primò anno 1676. à Sanctiss. D. D. Clemente X. summo Pont.

2. P. Franciscus Miletich. cooptatus in Min. Provincialis anno 1662. dimisit custodiam, & loca, quæ huic Provinciae erant in Transylvania.

§. IV.

§. IV.

De divisione Provinciæ S. Caii (quæ nunc SS. Redemptoris:) in Dalmatia.

1. **A** Nno 1735. ex Provincia Bosnæ Argentinæ prodixit Provincia S. Caii (quæ modo SS. Redemptoris) in Dalmatia. Hanc divisionem Bosnenses Admodum ægrè tulerunt, ut potè fulcro, & solatio indigentes Christianarum ditionum utriusque partis, Dalmatiæ nimirum, & Slavoniæ. Idcirco restiterunt duos annos Commissario missus Roma ad hunc effectum, ac faventi divisioni cum Hungaris, & Dalmatis. Cumque auctoritati majorum ob sistere non possent: restabat illis durissimum determinari, quanam cum parte esse deberent, an cum Dalmatis, aut Hungaris? Dum aliunde neutra pars Bosnam rejiceret, quin affectaret. Certum est, quod tam affectus, quam commoditas & rationes permulta suaderent Bosnenses cum Dalmatis esse, nullo modo cum Hungaris, quidquid sit de Slavonibus. Ast duo ob sistebant. Primum: contra ria voluntas Aulæ Vienensis (ut ferebatur, quidquid sit de veritate) nolentis Bosnam secerni à suis, & uniri alterius ditiosis, statibus. Secundum. Tres Parochiæ in Slavonia, quæ, ex gratia Imperatoris, à Bosnensibus administrabantur, ac earum proventibus notabiliter Conventus S. Jo: Baptista Sutiscæ juvabatur. Itaquæ tandem consenserunt Bosnenses quoque non alias, nisi hac conditione, ut sint cum solis Slavonibus: & Provincia tripartiatur. Quod illico fuit Romam scriptum, atque factum. Dalmatæ divisi constituerunt Provinciam S. Caii, quæ modo SS. Redemptoris. Hungari Provinciam S. Jo: à Capistrano. Remenantibus Bosna & Slavonia sub veteri titulo, & dignitate Bosnæ Argentinæ.

2. Verumtamen octavo die post lectum decretum tripartionis, moritur Minister Provincialis, qui pro Provincia Bosnæ Argentinæ erat creatus, quam occasionem nacti Hungari & Slavones cum Romæ, tum vel maxime Viennæ, velis, remis-

B que

¹⁰
que sunt operati, ut extinta nova Provincia S. Jo: à Capistrano, sint cum Bosnensibus una Provincia: quod & effecerunt; ita ut Min. Provincialis, qui priori Decreto fuit institutus pro Provincia S. Jo: à Capistrano: per novum Decretum fuit factus Minis. Bosnæ Argentinæ. Provincia vero S. Jo: à Capistrano fuit tunc denuo extinta.

3. Hæc reunio adeo displicuit Bosnensibus, qui aliunde ut præfertur, affectaverant potius esse cum Dalmatis, ut ad immediatum Capit. General. Vallisoletanum, celebratum 1740. institerint reuniri cum Dalmatis & constituere Provinciam Bosnæ Argentinæ, si possibile foret, omissis Hungaris, & etiam Slavonibus. Intentio itaque & petitio Bosnensium tunc non fuit nova divisio, sed nova unio cum Dalmatis directe. Quod cum optinere non potuerint, quia nullus Bosnensium personaliter ibi fuit, quieverunt, Bosnenses quippe divisionibus semper obstiterant potius, sed quanta PP. Hungari pro divisione nova sint moliti, patet ex sequentibus.

§. V.

De divisione in qua anno 1757. prodivit ex Provincia *Bosnæ Argentinæ* novissima Nata, nimirum, Provincia S. Jo: à Capistrano in Hungaria.

1. **N**ovissime ex Provincia *Bosnæ Argentinæ* prodivit Provincia S. Jo: à Capistrano in Hungaria & Slavonia. Licet quippe Bosnenses semper sint execrati divisiones: Hungari tamen postquam ut ut vetustissimis privilegiis Provinciae Bosnensis se præmunivissent, illico moliri cæperunt Bosnensium rejectionem, quinimo Bosnensis Provinciae extinctionem: rati fore, ut hac extinta, eorum Provincia subintret loco ejus cum omnibus præminentibus ac juribus, mutato solo nomine Provinciae Bosnæ Argentinæ, in Provinciam S. Jo: à Capistrano. Quocirca lamentari, & conqueri, atque improperari cæperunt Bosnenses, quasi hi sibi essent aggravio, & in detrimentum, dum eorum Clericos deberent suscipere ad studia:

dum-

¹¹
dumque Capitula, & Congregationes non fierent in Bosna (licet hoc non defectu Bosnensium; sed quia vocalibus ex Christianitate durum, minusque liberum erat progredi per Turcam ditionem) & alia, quæ charitas suadet tacere.

2. Viso tamen quod Bosnenses modeste & patienter hæc tolerent, nec de recessu, ad qnem iis eos impellere nitebantur, cogitent: Illi ipsi per quondam P. Josephum à Valkovarino institerunt apud Curiam Romanam (ubi non dessunt testes concii hujus eorum instantiæ) pro divisione Provinciæ, & rejectione Bosnæ. Cumque minus favorablem accepissent responsem, alia excogitarunt molimina, ut cogant Bosnenses ad recessum. Unde.

3. Accusarunt eos apud Aulam Vienensem, quod singulis annis auferant in Turciam bis mille Taleris (Monetam cæteroquin prohibitam efferi in Turciam rigorosissime) congestos partim ex eleemosynis trium Parochiarum, partimque alia arte. Hæc veritas, ni scandalum vitaretur, testata haberi posset ab Excellentiss. Domino Ascanio Guadagni; qui, utpote Commandans tunc Generalis totius Slavoniæ, juxta commissiōnem Aulæ Vienensis, super hæc fecit inquisitionem, naētusque accusationem fuisse falsam, respondit Aulæ in favorem Bosnensium, ut justum erat.

4. Item anno 1745. Hungari facta Congregatione, seu congressu Bacini in Hungaria, sine PP. Bosnensibus; majora, quam honestum est edicere, confinxerant in Bosnenses; atque ex his decreverunt Bosnam omnino rejiciendam: quod si efficere non poterint, decreverunt nullam Bosnensibus dandam satisfactionem nisi unius difinitoris, vel aliquando (raro tamen) Custodis (ubi tamen juxta Alternativam jamtum ante divisionem cum Dalmatis SS. Redemptoris subscriptam in Cap. celebrato sub Sign. 1711. & firmatam a S. Congregatione, Bosnenses semper debebant tertium Provinciale, & tertium Custodem, aut duos Diffinitores simul) quam decretationem & executi sunt; nec difficile, cum illis esset votorum pluralitas. Et esto ægre ac lamentabiliter Bosnenses hoc tulerint: Tulerunt tamen, tum propter studia Philosophica, & Theolo-

gica, quæ in Bosna haberi non possunt, ut vel sic eorum juvenes in partibus Hungariae studiis provideantur, & humanè veluti filii tractentur. Tum ob tres Parochias in Slavonia, quibus notabiliter juvabantur.

5. Verumtamen neque hac submissione contenti Patres Hungari, demum decreverunt tollere à Bosnensibus tres Parochias, quas in Slavonia administrabant, & partire conventibus suis: de quo edicti Bosnenses, Delegarunt Viennam A. R. P. Philippum ab Ochiavia ex Provincialem, & Nicolaum à Lasva Custodem, qui informarent, & consulerent Aulam super tali decreto. Notandum: quod aliunde Episcopi jam pridem incepserant actionem de tollendis Parochiis à Fratribus per Hungariam, & Slavoniam: At hac usque ad tempora efficere nihil in Fratres potuerunt, præmuniebantur quippe privilegiis Bosnensibus, quasi illi, ut jactaverant, Christianitatem sustentarent in Bosna; in quam tamen nullus, nequidem Superior ad visitationem canonicam peragendam dignabatur ingredi. Ex tunc igitur Aula concessit Episcopis, quatenus à Fratribus libere tollant Parochias, quascumque & quandocumque eas Presbyteris sacerdibus sufficienter providere poterunt. Bosnensibus verò pro indemnizatione Sacratiss. Regina sequens decretum extradederat: *Pro Patribus ex Conventu S. Jo. Sutiscensi, in Turcia situato, tres Parochias Slavonicas hactenus administrantibus, in vicem perceptorum ab eis proventuum, & tempore introducendorum illuc Presbyterorum sacerdarium, ex generali Parochorum cassa annuos Florenos trecentos Clementer resoluti.*

6. Ex præallatis igitur liquet, quod PP. Hungari prius petierint, quæsierintque divisionem; & cum finem præfixum habere non valuerint, nullum lapidem non moverunt, adhibentes omnem conatum constringendi Bosnenses ad recessum, & ad petitionem divisionis. Non tamen coegerunt, neque umquam coegissent omnibus præsertis moliminiibus. Nam Bosnenses patientia accineti, utpote qui fulcro christianarum partium, maxime ob studia Philosophica, & Theologica indigebant, omnia toleraverunt, nec amplius de divisione cogitaverant, quamdiu

cum

cum Hungaris communicatio præsertim per litteras non fuit moraliter impossibilitata. Emergente vero hac impossibilitate, id vel inviti fecisse debuerunt, sicut & fecerunt: Porro quam violenta hæc impulsio fuerit! patet ex sequenti narratione.

7. Licet Religiosis in Dominio Ottomanico commorantibus numquam non fuerit difficilis, periculosa, ac dispendiōsa communicatio cum iis, qui in ditione suæ Regio-Cæsareæ Majestatis sunt: Multum tamen difficultior, periculosior, ac dispendiōsior evasit post bellum Bagnalucense: Ex tunc quippe pro perpetuo instruta sunt Lemocomia (Vulgo Lazaretti) ita ut quicumque è Turcia illuc Savum vult transire, ac habere conversationem, quadragenam (Vulgo Contumatiam) in lemocomio debeat indispensabiliter peragere. Cum iis omnibus dum Parochias ad ripam Savi Religiosi nostri administrabant, erat modus transmittendi litteras per eos. Porro ex quo introducti sunt in eas Parochias Præsbyteri sacerdles, hæc consolatio defit: litteras quippe alibi trajicendi non remansit possilitas, nisi in loco lemocomij. Sciendum autem est, quod hic loci trajiciendi litters ultro citroque clandestine à Turcis sit moraliter impossibile, quin aut videant, aut suspicentur (nam ratione status super hoc apprimè invigilant) quo continuo Bosnenses Religiosi debeat exponi non modo dispedio, & multe, sed etiam evidentissimo periculo totalis ruinæ: Non enim semel prodigionis insimulati, vitæ pericula subiere, æreque redimi debuere. Tunc igitur primo Bosnenses petierunt divisionem carentes libertate à necessitate, quinimmo & à coactione, dici potest, saltem morali; enim verò ex mox dictis patet, eos fuisse coactos. Aliunde quippe his ultimis temporibus Superiores ex illis partibus nunquam dignabuntur venire in Bosnam invisendi suos subditos: Nec tam numerosi Religiosi vivere, & contineri poterant absque frequentissimo recursu ad Superiorem ad minus per litteras; consideretur quibus in periculis verbabantur Bosnenses; Itaque necessitas, & coactio, minime libertas eorum divisionem petiit.



§. VI.

In hac divisione Prov. Bosnensis suppressa, mox restituatur.

1. **A**nno igitur 1757. ex Provincia Bosnæ Argentinæ, ut supra diximus, prodixit postuma Nata, nimirum Provincia S. Joan. à Capistrano. Dum hæc divisio in Curia Romana agitaretur, ibidem præsens fuerat P. Philippus penich, (qui Nova Provinciæ S. Joan. à Capistrano fuit factus Primus Min. Provincialis). Hujus Maxima cura fuit, ut Provincia Bosnæ Argentinæ supprimeretur, & in simplicem reduceretur Custodiæ, quasi Bosna non haberet Conventus sufficienes ad constituendam Provinciam: Ratus his jura & præminentiam Bosnæ Argentinæ suæ Novæ Provinciæ adipisci. Immo cum industria apponi curavit ad titulum particulam To S. Crucis. Itaque erat appellata Custodia S. Crucis Bosnæ Arg.

2. Verum tam illico ac innotuit Bosnensibus talis suppressio Antiquissimæ cæteroquin Provinciæ, gloriosæque Matris multarum aliarum Provinciarum, delegarunt ad Curiam Romanam A. R. P. Philippum ab Ochievia ex Min. Provincialiæ: Qui cum repræsentasset, non deesse in Bosna loca Religiosorum ac domus ad constitutionem Provinciæ sufficientia; sicut nec numerum Fratrum, qui in pluribus aliis Provinciis, etiam in di- tione Christianorum, existentibus, desideratur. Nam prætres Conventus formales cum Ecclesiis publicis, in quibus officia divina & alia functiones adamassim excoluntur, sunt sex Residentiæ: Parochiæ vero 32. suas domus habentes tales quales. Non possunt tamen declarari Conventus plures ac Ecclesiæ publicari propter gravissima tributa; & intolerabilia, quæ super Ecclesiis & Monasteriis Turcis pendi debent. Cæterum si hodie, divina aspirante gratia, Bosna emanciparetur, partim ex Residentiis, partim ex ruderibus Conventuum defolatorum, & destructorum illico possent ultra quam 30. Monasteria in Bosna consurgere. Quo factum est, ut utraqæ Curia, Religio- nis nimirum, & Pontifícia Anno sequenti scil. 1758. Clemen-

tissi-

tissime supplicationibus annuens, vetustissimam hanc Provin- ciam Bosnæ Argentinæ in integrum, cum juribus suis ac si numquam fuisset in Custodiæ reducta, ablato etiam adjuncto illo To S. Crucis ab ejus titulo: & concessò ei, in majus robur ac testimonium eodem veteri sigillo, cum puro veteri Epigraphe, nimirum: SIGILLUM PROV. ARGENTINÆ BOSNÆ. quæ omnia patent ex sequentibus litteris sum. Pont. in forma Brevis datis.

§. VII.

Breve SS. ac Decretum Reverendiss. Min. Gen. restituens Provinciam Bosnæ Argentinæ cum integris juribus, & præcedentia super novam Provinciam
S. Joan. à Capist.

CLEMENS PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis Officii nostri divinitus commissi solicitude Nos admonet, ut paternam Religiosorum Virorum, qui sele sub suavi arctioris vitæ jugo devoverunt curam gerentes, ea quæ tollendis animorum dissidiis, stabiliendaque inter eos fratera concordia provide instituta esse noscuntur, quo firma semper, atque inviolata persistant, Apostolico muniminis nostri præsidio roboremus. Exponi siquidem nobis nuper fecit Dilectus Filius Philippus de Ochievia frater expresse professus, ac Ex-Minister Provincialis, nec non Procurator specialis deputatus Fratrum, ac Missionariorum Bosnæ Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum ipse à Dilecto Filio Clemente à Panormo Ministro Generali ejusdem Ordinis Decretum obtinuerit super restitutione Custodiæ S. Crucis Bosnæ Argentinæ in Provinciam tenoris sequentis; vi- delicet = Decretum = Post diutinas, saepiusque repetitas, tum

tum apud Generales Ordinis Superiores, etiam in Generalibus Vallisoletano Anni MDCCXL. ac Murciano Anni MDCCLVI. Capitulis, tum apud Sanctam Sedem instantias, ex parte Patrum, Fratrum, ac Missionariorum Observantium Bosnæ Argentinæ pro divisione Conventuum, Residentiarum, ac Paræciarum; in ipsa Bosna Argentina, sub Othomanico Dominio existentium, ab aliis Conventibus, Residentiis, & Paræciis, existentibus in partibus Fidelium Sclavoniæ, Sirmii, & Hungariæ, cum quibus unicum, eamdemque Provinciam adhuc constituebant, Bosnæ Argentinæ Observantium nuncupatam: prodidit tandem Decretum nostrum sub. die v. Junii Anni proxime præteriti MDCCLVII. in quo, non reluctantibus ipsis Sclavoniæ, Sirmii, & Hungariæ Patribus, ac Fratribus, imo verò assentientibus, expetitam tandem perfecimus divisionem, memoratamque Provinciam Bosnæ Argentinae in duas partes ita distribuimus, ut ex Conventibus, Residentiis, ac Paræciis, in partibus Fidelium Slavoniæ &c. constitutis, utpote in numero copiosioribus, novam erexerimus Provinciam, Sancti Joannis à Capistrano imposterum nuncupandam; aliis autem existentibus, sicuti prædictum est, in Bosna, sub Dominio Othomanico, ob exiguum trium tantum Conventuum numerum, simplicem Custodiam instituerimus, appellandam tamen, & pariter nuncupandam Sanctæ Crucis Bosnæ Argentinæ, prout latius continentur in eodem nostro divisionis Decreto; Quod etiam fel. rec. Benedictus XIV. in forma specifica approbavit, & confirmavit, per Apostolicas litteras in forma Brevis incipien.

Ad Regularis disciplinæ Observatiam. sub dat. xv. Junii MDCCLVII.

Sed vix hujus Nostri Decreti notitia ad ipsos Bosnenses Fratres pervenit, quod frequentissimis per litteras interpellationibus (misso etiam ad hanc Almam Urbem R. P. F. Philippo ab Occhievia antiquo totius ante divisionem Provinciae Ex Ministro, tamquam Procuratore, & ex parte ipsorum Delegato) ad Nos provocarunt instantissime supplicantes, ne antiquissimam Bosnæ Argentinæ Provinciam, & ex qua quamplures aliae per Pannionam, ac Illiricum, ut ex Matre filiæ

pro-

procreatæ sunt, nunc tandem sub Turcico Imperio gementem ob exiguum Conventuum numerum in nudam, meramque Custodiæ redactam antiquis, quibus antea gaudebat in Ordine prærogativis, honoribus, ac præminentibus expoliari pateremur, Illud quoque in suis precibus addentes, quod etsi apud ipsos tres tantum formales Conventus existant, habent tamen sex Residentias, quæ propter copiosum Fratrum numerum, ibidem inhabitantium, in Conventus formales erigi possent, nisi grave, atque intolerabile Othomano Principi foret tributum impendendum. Possident quoque triginta Paræcias per universum Bosnæ Regnum, Ducatumque Sancti Sabæ diffusas, ubi ad quinquaginta millia vere Fidelium, & Orthodoxorum hominum multitudo reperitur, quibus omnibus ipsis tamquam soli Ecclesiastici Viri in iisdem Regno, ac Ducatu existentes, magnis incommodis, gravissimisque vitæ periculis inservientes, numerum constituunt Fratrum centum circiter & quinquaginta, qui sane numerus in pluribus Transmarinis Provinciis desideratur, quamvis in partibus Fidelium constitutis.

Nos itaque iis stantibus, ad memoratum Decretum Nostrum Apostolicis litteris, ut supra confirmatum ex una parte attentes: ex alia verò considerantes rationum momenta per ipsos Fratres Bosnenses producta; postquam diu, multumque deliberando hæsitavimus, dilatatis tandem paternæ Charitatis Vicceribus, ad pedes Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini CLEMENTIS PP. XIII. per supplicem Libellum à Nobis, nostroque Nomine porrectum, eorum postulationes humiliter demisimus. Sanctitas verò Sua speciali Apostolico Rescripto de die XXI. Octob. MDCCLVIII. Nobis instantiam remittere dignata est in hunc modum = “ Sanctitas Sua benignè remisit instantiam, de qua in precibus, eidem Ministro Generali Oratori, cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis, ut attentis expositis, pro suo arbitrio, & prudentia Custodiæ Sanctæ Crucis Bosnæ Argentinæ nuncupatam, in Provinciam erigat, Constitutionibus Ordinis, litteris in forma Brevis Benedicti XIV. sub dat. xv. Junii MDCCLVII. aliisque quibuscumque in con-

C

” tra-

trarium non obstantibus = C. C. Rezzonico =
 Hinc est, quod honestis Fratrum nostrorum desideriis, quantum in Domino possumus annuere volentes: Respicientes etiam ad solatum Missionariorum, aliorumque Fratrum Bosnensium, sub gravi Tyrannicæ servitutis jugo, Catholicæ Ecclesiæ jugiter inservientium; utque favoribus nostris excitati, ad laborandum in Vinea Domini Sabaoth magis, magisque accendantur; Nos, Apostolica, quam præmisimus auctoritate fulti, institutam nuper per Decretum nostrum anni præteriti MDCCLVII. Sanctæ Crucis Bosnæ Argentinæ Observantium Custodiam in Provinciam restituimus, erigimus, & deputamus; ac in Provinciam restitutam, erectam & deputatam, præsentium nostrarum virtute decernimus, & declaramus, cum omnibus privilegiis, honoribus, & præeminentiis, quibus ante divisionem, & in Custodiæ restrictionem, de jure: aut consuetudine, aut quomodocumque alias uti, frui, & gaudere solebat, ac si in hac parte illud Anni MDCCLVII. Decretum nostrum nunquam editum, emanatum, ac promulgatum fuisset, firmis tamen, & in suo robore permanentibus aliis omnibus, quæ in eodem Decreto, quoad Conventus, Residentias, Paræcias, per partes Sclavoniæ, Sirmii, & Hungariæ diffusas, in novam Provinciam Sancti Joannis à Capistrano nuncupandam decrevimus, constituiimus, ac declaravimus.

Et, ne ex hac nostra dispositione dissensio aliqua ullatenus oriatur, tum Bosnenses inter, ac Fratres Provinciæ Sancti Joannis à Capistrano super præcedentia competenter; tum inter Fratres ipsos Bosnenses, occasione primæ electionis apud eos facienda Ministri Provincialis, custodis, & quatuor Diffinitorum; Volumus, ac pari auctoritate decernimus, quod sicuti restituta nunc Provinciæ Bosnæ Argentinæ ille honoris, ac præminentiae locus convenit, quem ante præfatam divisionem possidebat, ad quem effectum antiquum Sigillum, cum veteri Epigraphe, nempe *Sigillum Provintiæ Argentinæ Bosnæ*, Ministro Provinciali Bosnensi ex nunc restituimus, concedimus, & attribuimus; Sic Provincia Sancti Joannis, veluti filia, huic tamquam Matri, locum & præcedentiam cedere debeat.

beat. Item Generalibus Ordinis Constitutionibus inhærentes, & electionem Ministri Provincialis, ac Diffinitorii Provinciæ modo ut præfertur Bosnæ Argentinæ ad Nos pro hac prima vice reservantes, eligimus in Provincialem Ministrum R. P. F. Marcum Dobretich actualem Custodem: In Custodem P. F. Bonaventuram Benich Ex-Diffinitorum. In Diffinidores PP. FF. Franciscum Bogdanovich, Thomam à Foinicza, Marianum Aglinich, & Joannem Ivich, à quibus eadem Provincia regi, & gubernari debeat à die præsentium publicationis ibidem factæ, donec expleto triennio, ad aliam electionem juxta easdem Ordinis Constitutiones deveniendum erit.

Principimus tandem omnibus Patribus, ac Fatribus ceteris que curæ nostræ subiectis, illis præsertim utriusque Provinciæ tam Bosnæ Argentinæ, quam Sancti Joannis à Capistrano, ut per Sanctam Obedientiam, & sub pœnis contra inobedientes latis, iis nostris Decreti, dispositionis, ac institutionis litteris in omnibus, & per omnia obtemperent, & pareant, quibuscumque in contrarium non obstantibus. = Dat. Romæ ex Aracæli die xxiv. Novembris Anni MDCCLVIII. = Frater Clemens de Panormo Minister Generalis, & Commissarius Apostolicus &c. = de Mandato Reverendissimi in Christo Patris. Frater Vincentius Scutari Ex-Diffinit. Generalis, & Secretarius Generalis Ordinis = Loco ✠ Sigilli = ipse verò Philippus, quo præinsertum Decretum firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ præsidio communiri plurimum desideret. Nos igitur ipsum Philippum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & Pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, siquibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrebitis inclinati, præinsertum ejusdem Clementis Ministri Generalis Decretum cum omnibus, & singulis in eo contentis, & expressis auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus,

& confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac Fratribus præfatis plenissimè suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit inviolabiliter observari, Sicque in præmisitis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caurum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri, debere, ac irritum, & inane, si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis, quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus. & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alijs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium Litterarum transumptis, seu Exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum in judicio, & extra illud adhibetur, quæ adhiberetur iphis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Decembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno primo.

Pro Domino Cardinali Passioneo
Joannes Florus Substitutus.

§. VIII.

§. VIII.

De jure præminentie Provinciæ Bosnæ Argentinæ super Provinciam S. Jo: à Capistrano nuperrimè ex Bosnensi ortam.

1. **P**raeinsertis, attentis nihil videtur amplius dicendum: Nec ullum jus remanet Patribus Provinciæ S. Jo: à Capistrano ad actionem super dicta præcedentia ac præminentia. Licet quippe nonnullæ Natæ præcedant huic Parenti, quia suo tempore legitimè jus sibi vindicarunt, ut visum est §. i. num. 4. Provincia Tamen S. Jo: nec tale jus vindicavit, nec vindicare potest super suam Matrem.

2. Quod autem Provincia Bosnæ Argentinæ fuerat reducta in simplicem Custodiam anno 1757. per hoc Bosnenses non cesserunt juri suo, idcirco & habuerunt illico actionem super restitutione Provinciæ: Sicuti & restituta fuit eadem auctoritate, cum omni jure, præcedentia, ac præminentia, illico ac Curia saniorem habuit informationem: ut ex præferto Brevi §. præcedenti liquidè constat.

3. Neque per hoc, quod Studiis Philosophicis, ac Theologicis caret Provincia Bosnæ Argentinæ, potest suam præminentiam amittere: Nam dum Slavonia, & Major pars Hungariæ sub Turcis ingemuerat, Bosnensis Provincia illuc extendebatur, & habuit plures Conventus, numquam verò prædicta studia, sed non per hoc amisit præcedentiam suam, sicut nec aliæ Provinciæ, quæ sunt in terris Infidelium, estd careant studiis. Ceterum Missiones Bosnensium, & sustentatio tam numerosi gregis Christi inter infideles, nec minus frugi sunt Ecclesiae Catholice, nec sacræ Religioni seraphicæ minùs cedunt in decus & honorem, quam studia &c.

4. Tandem si Bosnenses necessitate, imo coactione saltem morali impulsæ, petierunt ultimæ divisionem, ut clarè ostensum est §. V. num. 7. Hungari eam petierant prius: nullumque non moveruut lapidem ad eam procurandam & ad urgen-

dum

dum Bosnienses ad recessum, ut ostensum est eodem §. V. num. 1. & sequentibus.

5. Cæterum hæc Regula: quæ pars divisionem petit debet amittere præcedentiam. Non videtur esse sine exceptione. Enim vero amissio præcedentia, est pæna utique: Pæna vero non infligitur nisi pro culpa: ergo quando petitio est necessaria & inculpabilis, non est plectenda tali pæna dummodo parti petenti sint reliqua jura salva ad præcedentiam. Hoc patet exemplo. Quando Bosnensis Provincia fuit divisa in Provincias Bosnæ Croatiæ, atque Bosnæ Argentinæ, utique Croatae petierunt divisionem, resistentibus Bosnensibus: quia tamen petitio fuit inculpabilis, & necessaria talis divisionis, ut patet apud P. Franc. Gonz. in Proemio Bosnæ Croatiæ: Hæc vindicavit præminentiam, nam alia jura ad eam sibi fuere, ut ostendimus §. II. per totum, & præsertim num. 4. Porro quam necessaria, & inculpabilis fuerit petitio divisionis facta ultimamente à Bosnensibus, propter impossibilitatem communicationem cum Hungaris, jam clare diximus §. V. num. 7. Itaque &c.

§. XI.

1. Cum itaque in Cap. Gen. Mantuano die 29. Maii 1762. celebrato PP. S. Joan. à Capistrano instantiam fecissent, in jus provocando præcedentiam; Nos quoque (admoniti) hæc, quæ haec tenus dicebamus, digesta jam & impressa, Judicibus lustranda humiliavimus. Quo talis decisio prodiit: ut legitur in actis laudati Cap. Gen. sessione 12. nimirum.

2. Provincia S. Joan. à Capistrano petiit: primò: præcedentiae locum relatè ad Provinciam Bosnæ Argentinæ. Secundo: ut ipsa habeat Locum in serie Provinciarum... Responsum Cap. Gen. fuit Ad primum. Satis provisum; & observandum Breve SS. Domini Nostri Clementis XIII. Ad secundum. Novam Provinciam S. Joan. à Capistrano inseram: jam esse & numeratam reperiri in serie Provinciarum Ordinis...

§. XII.

§. X.

Quorumdam privilegiorum veterum nova approbatio, & confirmatio.

Exibitis nobis ex parte Fratrum, & Missionariorum, restitutæ nuper Provinciæ Bosnæ Argentinæ Legitimis documentis, in quibus continentur nonnulla privilegia, eidem Provinciæ, ejusque Ministro p. t. Provinciali à pluribus prædecessoribus nostris, totius ord. Minis. Generalibus, concessa, quæ videlicet privilegia sunt ut sequitur. **Primum.** Quod sex mensibus antequam finiatur triennium regiminis actualis, & p. t. existentis Ministri Prov. suique diffinitorii, possit per diffinitorium, & discretorium ejusdem Provinciæ eligi in Commiss. Visitatorem unus propriæ Provinciæ Pater, qui nomine nostro, & juxta generalia Ord. statuta Visitationi, & celebrationi futuri Capituli Provincialis diligenter incumbat. **Secundum.** quod deficientibus in illis partibus, ob Turcarum Tyrannidem, tum Philosophiæ, tum Theologiæ studiis, in quibus adolescentes Fratres commodè valeant instrui, & erudiri, liceat ministris Provincialibus ob dictorum studiorum causam, eosdem mittere ad alias Provincias cismontanæ familiæ in Fidelium partibus constitutas. **Tertium denique.** Quod in casu urgentis necessitatis, vel Provinciæ, vel Christi fidelium Bosnensium, quibus ipsi spiritualiter inserviunt, liceat pariter cum litteris obedientialibus actualis Minis. Provinc. aliquem ex suis Fratribus ad hanc Almam Urbem, vel ad alias christianitatis partes destinare, prout negotii ratio postulaverit.

Nos propterea piis prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo, attentis maximè causis, quibus illi ad superiùs enarrata privilegia concedenda, & confirmanda permoti fuerunt, nempe locorum immani distantia, periculosa transmissione Epistolarum eorumdem Fratrum Bosnensium ad Super. Generales, & vicissim Superiorum generalium ad illos, ob itineris difficultates, & Turcarum perfidiam, quæ quidem causæ adhuc persistere,

&

& perdurare noscuntur, omnia, & Singula supradicta privilegia iterum approbamus & confirmamus, ac virtute præsentis Decreti approbata, & confirmata esse volumus, & declaramus. Ita tamen ut electus modò, ut præfertur Commissarius Visitator, quam citius Curiam Generalem nostram, tam de electione sua, quam de imminenti, aut subsecuto Provinciali Capitulo, ac de statu Provinciæ diligenter informando certioreret. Adolescentes præterea Fratres studiorum causa illi tantum ad alienas Provincias dirigantur, qui religiosis moribus prædicti, spem exhibeant in scientiis, & litteris proficiendi. Singuli insuper, & non plures, si Clerici fuerint, in singulis provinciis destinentur, qui expleto studiorum curriculo illico ad propriam Provinciam, per Ministros respectivè Provinciales remittenderunt, nisi forte ad regendas Philosophiæ, ac Theologiæ Cathedras, prævia oppositione intercedente, ac Concursu idonei reperti fuerint, eaque de causa Superiorum Generalium consensu retineantur. Præcipimus tandem eisdem Bosnæ Argentinæ Provinc. Ministris, ut in expediendis, ut supra, Adolescentibus ad Christianitatis partes, sedulo invigilent illorum numerum pro viribus imminuant, atque ita bono Provinciæ propriæ consulant, ut aliarum quoque Provinciarum incommoda præ oculis habeant, & earumdem Provinciarum quarelæ (quod retroactis temporibus non semel accidit) prorsus auferantur.

Datum Romæ ex Aracæli die 1. Decembris 1758.

Fr. Clemens de Panormo Minister Generalis.

(L. S.)

De Mandato Reverendiss. in Christo Patris
Fr. Vincentius Scutari ex Diff. Gener. &
Sacretarius Gener. Ord.

Supradicta Privilegia visa apprb. & Confir. Mantua 1. Junii 1762.
F. Paschalis à Varisio Com. Generalis.

CA-

CAPUT II.

De antiqua & moderna Consistentia Bosnensis Prov.

§. I.

1. **N**ON est intenti nostri in hac restricta Epitome Custodias, & loca enumerare, quæ Bosnensis Provincia antiquitus habuerat, hæc videri possunt apud Waddingum, & Haroldum. Jam verò supra cap. 1. §. 1. & sequentibus innuimus eam sub nomine Vicariæ, fermè coævam esse sacræ Religioni Seraphicæ, Natasque illi perplures prolificasse, atque constitisse in pluribus Custodiis per diversa orbis regna dilatatis. Nam si illis, quæ Haroldus ex Waddingo ad an. 1540. num. xx. sexaginta Monasteriis, seu locis, quæ Bosnen. Vicaria habuerat anno 1400. in septem Custodiis, addas alia plura, per Bullam (citatam cap. 1. §. 1. num. 2.) Eugenii IV. adscita, non modò attigisse, sed profectò transgressam num. centenarium miraberis.

2. Minusque est intenti nostri merita, frugive labores extollere, legi hæc possunt in innumeris Bullis Pontificum cum in *Ançich*, tum in libello *Pastor Bonus*, Waddingo, & aliibi. Nec non Regum, & Principum Diplomantibus, ac diversis scriptis. Unicum placuit hinc præclarum testimonium apponere Stephani Regis, quo & ejus pietas in S. Fidem Catholicam, & devotio in Ecclesiam Romanam; & Testimonium in Reliosos Fratres tamquam fidei in vectores, propagatores &c. Et est ut sequitur.

D

Nos

Nos Stephanus Thomas Dei Gratia Rasciae, Serviae,
Bosnensium, sive Illyricorum, Primordiae, par-
tium Dalmatiae, & Corbaviae Rex &c.

Dilecto, ac fidi nostro Magnifico Domino Comiti Radivojo
Uladmirovich Judici Curiæ Nostræ, ac præfecto perpetuo
Naronæ.

Quemadmodum magna Nobis curæ, & providentiae esse
debet Fides, observatio Religionis, & cultus Dei Opti-
mi Maximi, Sanctæ Matris Ecclesiæ à Divis Patribus San-
cti Francisci veluti per manus Nobis tradita, & instituta,
ita nihil nobis magis in voto est, quam ut ea omnia ulterius
sub imperio Divinae ordinationis Nobis credito, sincere, pie,
& recte ordine per omnes subditos Nostros observentur, ut
promulgata Dei, qua à multis jam Annis ob scelera commu-
nia vexantur indignatione, pericula jamjam imminentia procul
vitari, & Respublica Christiana in pacem, quietem, & tran-
quillitatem Deo nobis propitio catholicum ritum reponi pos-
sit. Id autem Nobis sponte, ex dignitate, & officio Nostro
regio facere volentibus, fideliumque Nostrorum omnium Ordin-
um istius Regni Bosnae, ex Consilio prius Pagi Nostri Co-
gniz edito, cui etiam Tu, ut scis, interfueristi, missæ supplica-
tiones non minimum addiderunt incitamentum. Supplicatum
ut scis, fuerat humiliare, ut haereses illas, quæ ubique in Re-
gno Nostro non pullulare modo, sed etiam jam invaluisse di-
cerentur, extirpandas esse juberemus, & eos qui à vero Dei
cultu, Ecclesiaque Orthodoxa diversis falsis in pessimum alio-
rum Christi fidelium exemplum imbuti essent doctrinis, resi-
piscerent, & ad veram Religionem, atque à tot sacerulis appro-
batæ Ecclesiæ institutionem reverterentur, omnibus remediis ar-
cendos, puniendosque curaremus. Quamobrem volumus, & Fi-
delitati Tua firmissime sub indignationis Nostræ poena com-
mittimus, quatenus, si quos tales in isto Regno Bosnae, & in
Comitatu Tuo Naronæ esse cognoveris, qui haereses, fallam-
que

27

que doctrinam, veterique institutioni alienam, aut sectari,
aut docere auderent; eos sine cujuspam personæ quo-
cumque hæc, & quocumque in Magistratu, & dignitate sit po-
sita delectu, absque omni favore, perquirere, & omnibus op-
portunis modis castigare debeas, & tenearis. Nam si secus fe-
ceris, præterquam quod Deum Optimum Maximum graviter
offendes, Nobis, ac universo Regno obsequium ingratissi-
mum præstabis; secus igitur nequaquam sis facturus. Vale.
Datum Vissokii prima die Julii 1450.

(L. S. R. B.) Stephanus Rex.

(L. S. S. M.) Antonio Giuraj Coad. Pret. di Sebenico
hà fatto copiare, ed in fede Sottoscritto, è Sigillato.

3. Sat est igitur dixisse, hanc prolificam Provinciam anti-
quitus, qua Vicariam, dilataisse tentoria sua, finesque suos
eatenuis fecisse longos, quatenus nulli secunda, quin, quoad
extensionem limitum saliem in Europa cunctis prima equidem
dici quiverat illis temporibus antiquis. Sed missis iis locis,
quæ in aliis Regnis, & ditionibus habuerat, & in quibus Fi-
lias procreaverat, ut diximus cap. I. Nec in præsentiarum ad
se spectantibus, nisi spectentur ut ejus Natæ.

4. Fatemur illam tam nunc consistere in solis tribus
Conventibus, nimirum S. Joannis Baptiste de Sutrisca. S.
Spiritus de Fojnicza. & S. Catharinæ Virg. & Martyris de
Kressovo. (Hic tamen hoc ipso anno 1765. in ipsa die Re-
surrectionis Domini, æhæu! circa finem Sacri Majoris Cantati
devorationi ignis cessit casu infortuito, ita, ut præter me-
liora suppletilis Sacrae, nihil prorsus eripi posuerit, sed
Conventus cum Ecclesia sunt concremata in integrum. Spe-
ratur tamen pietate fidelium iterum &c. dummodo acqura-
tur Diploma Imperatoris Jus dicentis; circa quod adlaboratur)
Atque sex Residentiis, videlicet, S. Michaelis Archangeli de
Vares. B. V. Mariæ ad Cælos Assumptæ de Travnik (Her-
bosæ) Nativitatis ejusdem de Saralio. S. Michaelis Arch. de

Ivanška. S. Petri de Salinis. & S. Joannis Bap. de Jajce. Numerat verò Parochias Triginta duas: In quibus Religiosi Sacerdotes hujus Provinciæ cum ut Missionarii; tum ut Parochi Spiritualia Christifidelibus administrant: dependenter utique, (quo ad Parochialia) ab Illustriſſ. & Reverendiss. Ordinario; Qui ad præſens eſt Illustriſſ. & Reverendiss. D. F. Paulus draghichievich, natione Bosnensis, Episcopus Diuuenis: In Bosna verò Vicarius Apostolicus S. Sedis. Vigesimus tertius assumptorum ex Religiosis hujus Prov. ad Pontificiam dignitatem.

5. Si miraris Prolificam hanc Provinciam adeò in præſentiarum pauca numerare Monasteria, non tandeat iuſtrare ea, quæ cap. 1. §. 4. & ſequentiibus diximus: atque ſequentia quoque, illicè illi, deposita admiratione, compatieris.

§ II.

De Monasteriis qua combustis & deſtructis à Turcis, qua ob tirannidem à fugientibus FF. deſolatis.

Supra cap. 1. §. 2. n. 3. jam diximus, quod in ipſe primo impetu Turcarum ad 30. loca Fratrum fuerint deſtructa. An hæc omnia fuissent Monasteria, vel verò ſimplicia dunataxat hospitia, hæreo. Hoc tamen, quod jamtum ante annum 1463. quo Regnum Boſnæ ditioni Turcarum cefſit, hi per irruptiones bellicas combuſſere, & deſtruxere 16. Monasteria, tam certum eſt, quam quod certiſſimum, utpotè indigitatum in Bulla Eugenii IV. data Bononiae 1437. Septimo idus Decemb. In qua Pontifex, compatiens calamitatibus FF. Boſnenſium, concedit illis facultatem ædificandi Monasteria in Hungaria, & alibi. Verumtamen nec singula loca, ubinam extabant hæc Monasteria, nec deſtruptionis ſingulorum epocha nobis occurunt. Itaque in quantum occurunt, intantum indigitabimus, licet nonnullorum ne veſtigia quidem appareant ad præſens. Fuerat igitur quondam in Boſna.

1. Monasterium in Mileſevu (apud Horal. de Milo) adi-ſuca-

ficatum à Stephano Bano, in quo & ſepultus eſt.

2. In Insula Oſign, ædificatum FF. Boſnensibus à D. Comite Radosio Vladimirovič 1380.

3. In Vesela straxa apud Skopje. In quo Rex Boſnæ Ostojā, anno 1406. præſentia ſua decoravit comitia provincialia Fratrum.

4. In Skakavā, inter Savum; & Salinas. Apud Horal. legi-ſuca-

5. In Uſora prope fluvium ejusdem nominiſ: non longe ab Urbe Thessagno.

6. In Laſva, prope Civitatem Travnik: apud Horal. legi-ſuca-

7. In , aut prope Urbem Jajce. Hoc monasterium in di-ſuca-

ſtione Boſnæ Croatiae à Boſ. Argentina illi cefſerat, in quo & Cap. Provinciale celebrarunt 1523.

8. In , aut prope Glamoč, quo eodem nomine & Mo-ſuca-

nasterium etiam apud Horal. vocitabatur.

9. In Oſtarvicza. Apud Horal. leges Harastolicza.

10. In Zvornik. Quod depopulati Turcæ deſtruxerunt anno 1533.

11. In Kognicz, quod ruinae cefſit an 1534. Nota Bene: eo tempore tyrannis Turcarum ſolo æquavit alia quoque 4. Monasteria: Nimirum, Krefſeviense: Viſokienſe: Fojnicenſe: & ſuttiſcense. At hæc 4. iterum reædificata fuere. Qui nimmo Viſokienſe ſi excipias, alia tria ad hæc uſque tempora permanent. Sed hoc anno 1765. quid acciderit Krefſeviensi, vide præcedenti §. num. 3.

12. In Moſtar. Quod ob receptum à Fatribus Dom. Da-ſuca-

nielem Episc. Duynens. quem Turcæ inſectabantur, clamque dimiſſum ad fugiendum, ijdem Turcæ ſunt depopulati, & ſolo æquaverunt, 1563.

13. In Gliubuſki. Quod eodem tempore, & ob eamdem cauſam, ob quam mox dictum, Turcæ ſunt depopulati, & deſtruxerunt, anno 1563.

14. In Modriča. Quod Fratres impones tolerare aggravia, & Tyrannidem deferentes, fugerunt ad partes Cæſareas cum fa-ſuca-

- 30
- era supellectili, usque ad hodiernum retenta in djakovo. 1685.
15. In *Argentina*. Quod ob immanem persecutionem Religiosi reliquerunt an. 1689.
16. In *Plumbo*. ubi Miraculosissima Imago fuerat B. V. M. Quod ob eamdem causam, ut mox dicti, desolatum est. 1687.
17. In *Visoki*. Quod Fratres ære Turcico gravati deserentes, fugerunt Gradiskam cum sacra supellectili, quam Gradiscentes redemere soluto Turcis debito. Anno 1688.
18. In *Gradov Vahr*. Quod eodem anno 1688. fuit desolatum.
19. In *Salinis inferioribus*. Quod FF. deserentes fugerunt ultra Savum cum Cæsareo grassante milite, an. 1690.
20. In *Rama*. Quod ob infestationem Latronum, & aggravia Turcarum dereliquerunt FF. & refugerunt in Dalmatiam sub Sijgn. cum sac. Supellectili (usque in hodiernum) 1695.

1689
§. III.

Catalogus Vicariorum.

Licet Provincia Bosnensis ortum habuerit, ut diximus cap. 1. §. 1. jamtum tempore D. Bonav. imd. ante, utpote quæ suo tempore jam in 7. Custodias excreverat, sub nomine Vicariæ. Nihilominus nulla diligentia juvit in investigando, quo minus me fugiant Vicarii, qui eam rexerant à principio usque ad Generalatum P. Gerardi Odonis. At ex post, quos reperi, hos numero. Igitur.

1. P. Peregrinus de Asculo (alibi lego de Saxonia) à mox laudato Min. Gen. missus anno 1349. Secundus quem offendit est.
2. P. Marinus (aliis Marianus) Hunc constat celebuisse comitia Provincialia in *Vesela straxa*, quibus interfuit Rex Ostroja. An. 1406.
3. P. Bartholomæus ab Alvernia. Missus à Reverendiss. P. Antonio Pyretto Min. Gen. An. 1407. Hunc afferit P. Gonzaga gubernasse Vicariam annis 40. & obtinuisse Bosnam decorari

- 31
- corari titulo Provinciæ, quorum mihi probatur neutrum, ut dixi cap. 1. §. 1. n. 5. & constat ex seq.
4. P. Jacobus de Monte Prandone (D. Jacob. de Marchia) fuit missus in Bosnam, qua Vicarius an. 1438. juxta Harol. ad eumdem annum.
5. P. Fabianus de Bachia, ut Vicarius Bosnensis, institutus fuit Inquisitor hæreticæ pravitatis ab Eugenio IV. summo Pont. 1444.
6. Pr. Michael de Jadera. Hoc constat ex quodam Decreto Stephani Regis Bosnens. Signato in Kognicz an. 1446.
7. P. Philippus à Ragusa. Constat ex litteris Calisti III. signatis 21. Apr. 1456.
8. P. Bernardinus de Fossa. Missus à Reverendiss. P. Marco de Bononia Min. Gen. an. 1464.
9. P. Dominicus de Bonissa (aliis de Gonissa) hic quoque missus ex Italia an. 1497
10. P. Angelus ab Herbosa. Hunc Haroldus dicit à Verbosa, ponitque eum qua Vicarium mortuum esse Fojnicæ in conceptu Sanctitatis. Vide Harol. ad an. 1458.
11. P. Petrus de Bosna, institutus fuit Vicarius in Cap. Gen. Observantium Mediolani, an. 1498.
12. P. Antonius à Jezero gubernabat qua Vicarius annis immediate precedentibus divisionem Bosnæ, in Provinciam Bosnæ Croatiæ, & Bosnæ Argentinæ.
- §. IV.
- #### *Catalogus Minis. Provincialium Bosnæ Arg.*
- J**Am precedentì cap. §. 2. innuimus Bosnam fuisse divisam in Prov. Bosnæ Croatiæ, & Bosnæ Arg. anno 1514. Et ab hoc anno usque ad 1568. duos dumtaxat Provincialles reperire potui: Nimirum P. Stephanum Cuçich: qui anno 1523. capitul. à Turcis cum aliis 10. FF. in via profugit, reliqui fuere necati, & 5. Monasteria solo equata. Et P. Petrum à Cetina, qui an. 1559. istitutus fuit Inquisitor hæretice prav. qua Min. Prov. Bosnæ Argentinæ.

Por-

Porrò utrum ante primum: post secundum, ac inter illos
alij fuerint, nec ne? hæreo, quia non reperi. Probabilius ta-
men dico non fuisse, propter rationem datam cap. I. §. 2.
Igitur.

1. P. Stephanus Kuçich. 1523.
2. P. Petrus à Cetina. 1539.
3. P. Martin. Kovačich. 1568.
4. P. Anton. Matkovich. 1571.
5. P. Gregor. à Duvno 1574.
6. P. Gregor. Kuçich. 1578.
7. P. Mattheus à Kognicz. 1581.
8. P. Marian. Aglinich. 1584.
9. P. Franc. Balichevich. 1587.
10. P. Petr. à Gradov Vahr. 1590.
11. P. Marian. Aglinich. secundò. 1593.
12. P. Gregorius Masnovich. 1696.
13. P. Antonius Milanovich. 1599.
14. P. Stephan. Zlatarich. 1602.
15. P. Jacob. à Slapnicza 1605.
16. P. Elias Csakalovich 1608.
17. P. Martin. Bilavich. 1611.
18. P. Gregorius Masnovich. 1614.
19. P. Thomas Ivkovich. 1717.
20. P. Lucas Kaçich. 1620.
21. P. Marian. Olovčich. 1623.
22. P. Thomas Ivkovich. secundò. 1626.
23. P. Andreas à Kamengrad. 1629.
24. P. Martin. à Bargule 1632.
25. P. Nicolaus Brankovich.
26. P. Marian. Maravich. 1638.
27. P. Martinus à Rama 1641.
28. P. Petrus Lipgianovich. 1644.
29. P. Michael Boghetich. 1647.
30. P. Matthæus Benliich. 1650.
31. P. Philipp. à Tarnovci. 1653.
32. P. Georgius Dulgerovich. 1656.

33. P. Franc. Ogramich. 1659.
34. P. Franc. Miletich.. 1662.
35. P. Georgius Shabich. 1666.

Hic obiit anno. I.

36. P. Thomas Juraich. 1667.
37. P. Georgius Kovačich. 1669.
38. P. Anton. à Travnik. 1672.
39. P. Marcus à Vasiglevo. 1675.
40. P. Gregorius ab Imota. 1678.
41. P. Andreas à Dubočacz. 1681.
42. P. Antonius. Vladmirovich de Gabela. 1684.

Obiit anno I.

43. P. Michael Radnich. 1685.
44. P. Gabriel Stanich. 1690.
45. P. Paulus Kaçich. 1693.
46. P. Fran. Budalich. 1696.
47. P. Franc. à Travnik. 1699.
48. P. Gregorius Gabrich. 1702.
49. P. Marcus Bulaich. 1705.
50. P. Andreas ab Imota. 1708.
51. P. Petrus Pastirovich. 1711.
52. P. Petrus à Laska. 1714.
53. P. Philip. Shurkovich. 1717.
54. P. Andreas à Kuttieva. 1720.
55. P. August. à Salinis. 1723.
56. P. Paulus Nicolich. 1726.

Moritur an. I.

57. P. Simon Thomassevich. Vic. P. 1727.
58. P. Joannes à Straxemano. 1729.
59. P. Anton. Markovich. 1732.

Divisa est Prov. SS. Redempt. à Bosnen.

60. P. Lucas Karaghich. 1735.
61. P. Joannes à Sirmio. 1738.
62. P. Philip. ab Occhjevja. 1741.
63. P. Franc. Ivanovich. 1745.
64. P. Petrus à Baja. 1748.

65. P. Joseph. à Valkovar. 1751.
66. P. Antonius Bačich. 1754.
67. P. Bonaventura Benich. 1765.
68. P. Franc. Bogdanovich. 1762.
69. P. Marcus à Dobretichi. 1758.

§. V.

*Catalogus Episcoporum, qui assumpti fuere ex Religiosis
hujus Prov. Bosnen.*

1. P. Blasius Kovačić à Creslivo. Ep. Bosnens. circa Anno 1543.
2. P. Thomas Skoroevich à Teslevo. Ep. Bosnens. 1556.
3. P. Antonius Matkovich. Epis. Bosnensis. 1573.
4. P. Daniel Vladimirovich episcopus Duvnensis. 1561.
5. P. Nicolaus Ugrinovich. Ep. Semedriensis. 1588.
6. P. Franciscus Balichevich à Ričicza Ep. Bosn. 1588.
7. P. Anton. à Pošega. Ep. Skardonæ, postea Bosnens. 1613.
8. P. Petrus à Salinis. Ep. Sophiæ. 1624.
9. P. Thomas Ivkovich. Ep. Skardonæ. Admin. Bosn. 1626.
10. P. Bartholomæus Kačich Ep. Makarskæ. 1615.
11. P. Hieronym. à Varesh. Ep. Drivastensis. 1635.
12. P. Thomas Pilash. Episc. Bosnensis. 1639.
13. P. Petrus Kačich. Episc. Makarskæ.
14. P. Marianus Maravich. Ep. Duvnens. postea Bosnens. 1645.
15. P. Paulus, Motugljanin. Ep. Skardonæ. 1640.
16. P. Paulus Passilovich. Ep. Skardonensis. 1642.
17. P. Marianus Hibrisimovich. Ep. Belgradens. 1650.
18. P. Matthæus Benich Ep. Belgradensis. 1651.
19. P. Matthæus Bergnjakovich Ep. Belgradensis. 1679.
Consecratus Roma. Obiit Anconæ, non pervenit &c.
20. P. Marianus Lissgnich. Ep. Makarskæ. Obiit. 1786.
21. P. Nicolaus à Plumbo. Ep. Bosn. Djakovæ occisus. 1670.

22. P. Matthæus Delivich. Ep. Bolin. V. Apos. in Bosna 1735.
23. P. Paulus Draghichevich. Ep. Diuum. V. Apos. in Bosna, quam ægregiè adhuc spiritualiter regit ab anno, quo consecr. fuit Jaderæ. 1741.

§. VI.

*Catalogus Scriptorum Bosnen. Provinciæ: qui opera
Typis dederunt.*

I.

P. Joannes Bandilovich Evangelia & Epistolas Illyricæ lin-
guæ reddidit.

II.

1. P. Paulus Passilovich edidit Illiricè libellos.
1. Titulo: *Naslagegne duhovno.*
2. Titulo: *Czvit Krispostij dubornij.*

III.

P. Michael Radnich Illyrizavit insigne opus Didaci Stella
de contemptu mundi.

IV.

P. Stephanus à Jajce typis dedit Conciones in omnes Do-
minicas & Festa per annum: Ac doctrinam Christianam
cum instructione pro pænitentibus Illyricè.

V.

P. Matthæus Divkovich in Dominicas & festa conciones. Ac
Libellum in quo doctrina Christiana, & quidam versus Il-
lyricè.

VI.

- P. Joannes Anđich codicem.
1. Titulo: *Svitlost Karstjanska, Illyricè.*
 2. Titulo: *Vrata Nebeska, Illyricè.*
 3. Titulo: *Thesaurus Indulgenciarum, Latine(suspensus.)*

VII.

P. Franc. a Themisvar Libellum, Titulo *Pastor Bonus*.
Latinè.

VIII.

VIII.

P. Antonius Bachich Librum Moralem, Titulo *Istina kar-stjanska Illyricè*.

IX.

P. Laurentius à Buda opus, Titulo *Uzao i ugnane gljubavi serafinske Illyricè*.

X.

P. Thomas Babich Illyrice explicavit rudimenta gramatices pro incipientibus. Item libellum Titulo: *Czvit razlikoga mirisa duhovnoga*.

XI.

P. Laurentius à Gljubuski egregiè illyrizavit Grammaticam ex Emanuele, aliisque. Item brevem doctrinam christianam, & cantilenas aliquas spirituales illyricè.

XII.

Pr. Stephanus Vilov. Dyalogum edidit inter Theodorum Schilmsticum, & Franc. Catholicum. Exordio quidem lepidum, at prosecutione Auctor ostendit se Theologum, nulli eruditissimorum secundum.

XIII.

P. Nicolaus Kessich, Recudit Evangelia Illyricè, Addens singulis orationes concinnas ex germanico idiomate ad Illyricum traductas.

XIV.

P. Hieronymus Lipovčich, Quosdam serm. morales alicujus Episcopi Hungari illyrizavit.

XV.

P. Antonius Papučich, edidit 7. Conc. Panegyricas in 7. festa B. V. M. Illyricè.

XVI.

P. Lucas Cilich, recudit quemdam preclarum libellum asceticum, Titulo: *Recta via ad Cælum*.

XVII.

P. Hieronymus à Rama, edidit Libellem Titulo *Put kriza Illyricè*: in quo elegantissimæ instructiones, & meditationes exercendi Viam crucis. Hic cum reverentia nominandus Pater, postquam divisa est Provincia (cujus extitit L.

Min.

Min. Provincialis) SS. Redemptoris à Bosniensi, edidit eruditissimarum concionum Tomos tres super doctrinam Christianam. Præcepta Decalogi. Et 7. Sacraenta, ubi altissimam doctrinam cum claritate explicationis ad captum plebis mirabiliter conciliavit.

XVIII.

P. Philippus ab Ochievja luci dedit sequentia opera.

1. Titulo: *Koristav nauk dilovati molitvu od pameti* Illyricè.
2. Titulo: *Kratak način siniti put križa*. Illyricè.
3. Titulo: *Testimonium Bilabium*. quidam ser. panegyrici Latinè, & Illyricè.
4. Titulo *Nediglnik Dvostruk*, Bini serm, in omnes dominicas.
5. Titulo: *Svetgnjak*. serm. in festa.
6. Titulo: *Od uzame*. pro Parochis, & missionariis Bosnensibus multa brevia, & parata cum super doctr. Christ. tum super Evangelia. Brevismis sermonibus congesta.
7. Titulo: *Epitoma Veterarum Provinciarum Bosnensis*. Et est Haec ipsa. Probabile est alios plures scriptores ex hae prodivisse Provincia, qui me fugiunt.

XIX.

§. VII.

Catalogus Provinciarum Cismontanae familie tantum.

Non ingratum fore legentibus arbitratus, addo hunc Catalogum Provinciarum juxta locum præcedentiæ, qui cuilibet competit, & observatur in cap. Gener. uti in cap. Gen. Mantuano, cui interfui, observavi. Olim dispositum à Rendiss, Fran. Gonzaga. Et nuperrimè à P. Carolo Maria Perusino in reimpressione chronologiae ordinis in calce positum: *Adjunctis novis Provinciis*.

1. Se-

1. Seraphica Observantium, quæ Caput est, & mater omnium.
2. Romana Obser.
3. Marchiaæ Anconit. Obser.
4. Tusciaæ Obser.
5. Bononiaæ Obser.
6. Venetiaæ Obser.
7. Genuæ Obser.
8. Mediolani Obser.
9. Principatus, seu Terraæ Laboris Obser.
10. 7. Mart. in Calabr. Obs.
11. Siciliaæ Obs.
12. S. Nicol. Barenfis. Obs.
13. S. Bernar. Aquilæ Obs.
14. S. Angeli Obs.
15. Dalmatiaæ Obs.
16. Candiæ Obs.
17. Carnioliaæ Refor.
18. Austræ Refor.
19. Bohemiaæ Refor.
20. Poloniaæ minoris Obser.
21. Corsicæ Obser.
22. Ragusaæ Obser.
23. Brixiaæ Obser.
24. Basilicataæ Obser.
25. SS. Salv. Hungariaæ Refor.
26. Bosnae Argentinaæ Obser.
27. S. Mariae in Hung. Refor.
28. Terraæ Laboris Obser.
29. Tyrolis Refor.
30. Calabriaæ citra Obser.
31. Albaniæ Obser.
32. S. Didaci Obser.
33. S. Thomæ Obser.
34. Vallis Mazariaæ Obser.
35. Vallis Næthi Obser.
36. Bavariaæ Refor.
37. Poloniaæ Majoris Obser.
38. Russiæ Obser.
39. Seraphica Refor.
40. Romana Refor.
41. Marchiaæ Anconit. Refor.
42. Tusciaæ Refor.
43. Bononiaæ Refor.
44. Venetaæ Refor.
45. Genuæ Refor.
46. Mediolanensis Refor.
47. Principatus, Terraæ laboris Refor.
48. 7. Mart. in Calabriaæ Refor.
49. Siciliaæ Refor.
50. S. Nicolai Refor.
51. S. Bernard. Aquilæ Refor.
52. Corsicæ Refor.
53. Brixiaæ Refor.
54. Basilicataæ Refor.
55. Terraæ laboris Refor.
56. Calabriaæ Refor.
57. S. Didaci Refor.
58. S. Thomæ Refor.
59. Vallis Mazariaæ Refor.
60. Vallis Næthi Refor.
61. Poloniaæ Majoris Refor.
62. Tridentina S. Vigiliæ Refor.
63. S. Ladislai Obser.
64. Bulgariaæ Obser.
65. Lithuaniaæ Obser.
66. Transylvaniæ Refor.
67. S. Anti Liciensis Obser.
68. SS. Redemptoris Obser.
69. Rusciaæ Refor.

72. S. Joannis à Capistrano. Obser.

Custodia unica Terraæ S.

Extant insuper in Regno Neapolitano duæ Provinciæ Discalceatorum, scilicet, S. Petri de Alcant. Neapolis. & S. Pascalis Licii, divisa à mox dicta, sed numerantur cum Provinciis Discalceatorum Ultramontanis.

CAPUT III.

De solo Regni Bosnensis.

I. **V**Alor, & qualitas hujus Regni minus profecto cognita sunt orbi, quām ut describere ea, sincerè licet, avdeamus, quin hyperbole, & ingeniosum commentum Criticis videatur. Obscurata quippe à Tyranno jus dicente, ab Historicis, Geographis, & Cosmographis, utpote expertibus harum partium, pessimumdantur, & per transenam plerumque tanguntur. Quo fit, ut valorem Soli hujus intestinum, tacentes, asperitatem dumtaxat Montium, atque inamænitatem describere conentur. Ast qui experientia magis quam Historicorum relationibus foret instructus, justificaret profecto sequentia.

Bosnam igitur abundare montibus concesserimus; Sed falluntur, qui hos montes arbitrantur esse montes Gelboe. Bosna quippe abundat non modò montibus, sed planiciebus quoque, & quidem utrisque fertilissimis. Nam nulli montes extant in Bosna (præsertim inferiori, quidquid sit de Superiori, de qua infra) qui pratis nemoribusque, mira varietate fibi insertis, non ditantur, & rivulis aquarum viventium irrigati vīlum non oblectant, animumque exhilarant. Nulla flumina, quæ utriusque Campis, agrisque excultis, cum planis, tum colliculosis non stipantur fertilissimis. Nec æstimetur dictu incredibile, non nullis ex montibus flumina eminare aurifera. Dicant Epyrotæ, qui, utpote gnari eluendi ex arenis auri artis, sæpè, Sultani facultate instructi, veniant hoc auro ditandi. Pisces non flumina dumtaxat majora, sed torrentes quoque delitosissimos procreant. Vineis evidenter Bosna inferior (non item superior)

40
parior est, verumtamen non quia inepta, quinimò loca illi
sunt apissima omnigeni procreandi vini, sed quia talis est dis-
positio, & velle Dominorum jus dicentium. Decātero Blado-
rum, Olerum, Pomorum, Pyrorum aliorumque id genus (pau-
ca, quæ hiemalem rigorem non tolerant, si excipias) copia
frequentissima, speciesque innumeræ. Pecudibus, non minus ac
pascuis pro æstivo, & pratis in queis fænum colligitur pro hie-
mali eorum nutrimento, abundat omnigenis. Aquæ non modò
frequentissimæ, quæ hæstu, utpote è rivis fontibus, ut præ-
fertur, scaturientes, lassos recreant: Sed dantur quoque pluribus
in locis Acidæ quæ judicio Medicorum hac transeuntium,
& in Aula Præsidum commorantium (cœli moratus est per
plures annos famosissimus D. Dominicus Castelli) sunt præ-
stantissimæ: Quocirca è Christianitate quidam viri Nobiles,
suas eorumdem Medicorum, adventitantes, non visu modo,
sed hæstu quoque sanandi gratia eas sunt dignati, juxtaque
hærentes per plures septimanæ eis usi, præcipue loquendo de
illa, quæ mirabili bullitu scaturit juxta fluvium Lepenicza,
non longe à Taberna, quæ ab eadem aqua sumpta nomencla-
tura, vocatur Kiselihan, id est, Taberna Accida, constructa
in medio viæ Regiæ inter Saralium, & Travnik (In hoc se-
cundo loco est sedes Præsidis Passe) Dantur item pluribus
in locis Thermæ, non calidæ damtaxat, sed ferventes planè
ac bullientes, prælaudatis Medicis tam miræ virtutis probatæ,
atque activitatis in morbos, ut Monarcha noster, si Christianorum
morem Principum gereret, ingentes ex illis derivaret
proventus. Hoc idem dicendum est de metallis: enim verò,
quot montes & valles, tot fermè loca metallifera est reperire
in Bosna, inculta cæteroquin, ob secretam politiam, statusque
rationem. Ausim dicere, in Regno Bosnæ dari mineralia omni-
gena, & vix crediderim dari metallum, quo soli Bosnenis vi-
scera carent: Verumtamen ferrum cum calybe in abundantia co-
pia eruitur, fabricatur, atque ad exteræ partes educitur. Su-
binde etiam antipigmentum, & mercurius, sed in copia mino-
ri. Demum in Salinis tam Superioribus, quam Inferioribus, &
alibi quoque sunt Putei subministrantes in abundantia aquam.

sal-

41
salsam viridi subflavo colore nitentem, quæ artificiose recocita
optimum sal tribuit catenùs candidum, quatenus ni gustes, à
candido saccharo distingues nusquam, cuius salis nobis est in
pluribus locis. Neque desunt loca multis probata ubi possent
aperiri foding salis petrei, non minus ac Sulphuris, ac vario-
rum metallorum, sed politia, ut presertur, jus dicentium su-
per his altum indicit silentium. Verbo dicendum: Bosnam pri-
vari re nulla ad commode sustentandam vitam humanam, abun-
dare verò iis, quibus ærarium Principis gliscere posset. Verum-
tamen quia hæc omnia, ut supra diximus, obscurata delites-
cunt, floccipendit hoc Regnum à Principibus Christianis, de-
siderabile cæteroquin. Orem deplorabilem! Vel fortassis per-
celluntur umbra multitudinis Arcum, quæ tamen præ præsenti
arte militari, nullius valoris (paucissimas si excipias) sunt.

2. Diximus: multitudinis Arcum. Ne cui ergo ridiculum
appareat hoc effatum: cum paucissima hujus Regni Fortalitia
sint nota exteris, placuit nominarim ea, quæ murata sunt, &
milite præssiario munita more Turcico, qualiacumque illa
sint.

Arces & Urbes in Bosna inferiori ab oriente ad occidentem.

Zvornik.	Kottorskò.	Priedor
Srebarnicza.	Tessagn.	Vakup.
Saralium.	Derventa.	Kamengrad.
Salinæ infer.	Travnik.	Samski-most.
Sokò.	Prussacz.	Novi.
Srebarnik.	Jajce.	Kruppa.
Gradašiacz.	Giulifar.	Bilaj, vel Belař.
Gračianicza.	Kottor.	Kigliucs.
Vranduk.	Bagnia-Luka.	Petrovacz.
Xepçie.	Kozaracz.	Ostarovicza.
Dobuj.	Dubicza.	Glamocs &c.

F

Ar-

Arces, & Urbes in Bosna Superiori.

Nikshich.	Stolacz.
Spùx.	Trebigne.
Nevesigne.	Blagaj.

Arces, & Urbes versus Cetinam, & primordiam.

Prozor.	Xupagniacz.
Kupres.	Livno.

*Arces, & Urbes versus Croatia, & in eadem Croatia,
quæ Bosnensis Praefidis jus audiunt.*

Biach	Brekovicza	Kladussa Minor
Sokolacz	Shturlich	Sassin
Izaçich	Cetin	Bilasticza
Ostroxaaz	Peech	Buxin
Drexnik	Kladussa Major	&c.

3. Concesserimus autem Nives in Bosna plerumque & caderem maturius, & tardiūs, præsertim in montibus, liquefieri: atque rigida frigora solere esse hiemali tempore: Sed lignorum abundantia, & hypocaustis, quorum usus, hæc reparantur. Cæterum qui Civitatum, & Opidorum in planiciebus juxta flumina, & fluenta sitorum, ad minus æstivi temporis, amænitatem aeris, situs pulchritudinem, auræ sanitatem, aquarum viventium fontes; planiterum, quæ dictis fluminibus utrinque adjacent, fertilitatem, Vallium prata; Montiumque, cum nemoribus, tum pratis confertorum venustatem &c. seorsim de promere niteretur, longior profecto illi sermo esset texendus quam intentionis nostra est concludere in hac epitoma.

4. Quia vero in præcedentibus Bosnam Inferiorem, & Superiorem sapè memoravimus, restat videndum, quid sit quilibet harum? Nam aliqui videntur Ducatum S. Sabæ (qui idem

idem est ac Herczegovina) in suis descriptionibus separare à Regno Bosna: Sicut & alii alia confinia admodum restringere. Veluti legimus nonnullos minores Scriptores modernos Croatas, fluvium Varbas asserere, quod Bosnam dividat à Croatia. Qua opinione admissa Skopje, Jajce, & Bagnia-Luka, essent Civitates Croatiae; sed qui hoc esse potest, cum potius Regni Bosnensis Principalia sint loca? His tamen opinionibus nos bellum indicere non intendimus: Minusque ullos ex prælaudatis confutare; Sed potius omittere, ut quilibet in sensu abundet suo. Liceat tamen Scriptorum majorum ac veteriorum Sensa nobis in medium proferre, atque auctoritates. Igitur. De Ducatu S. Sabæ loquens Maurus Orbinus hæc habet.

La famiglia de Cossacci ebbe il Ducato di S. Sabba nel Regno di Bosna (Et infra media circiter pagina, inquit. Onde il Rè di Bosna (erat Tvariko) volendo riconoscer di tanti servizi questo suo fedel Vajvoda Vulatko (hic erat filius Comitis Udinarum, appellati Vuk) gli donò quasi tutto quel Paese, che poi si chiamò Ducato di S. Sabba.

Bosna igitur dividitur in inferiorem, & Superiorem. Hæc Superior, cujus meminit etiam Sebast. Munst. Cosmog. lib. 4 Cap. 66. est pars Regni australis, cujus flumina currunt ad meridiem, & occidentem, ac labuntur in mare Adriaticum. Et hæc idem est ac Herczegovina Seu Ducatus S. Sabæ. Bosna vero inferior appellatur pars Septentrionalis, cujus flumina currendo versus Septentrionem, & orientem in Savum influunt.

5. Porro fluvium Varbas non dividere Bosnam à Croatia (quam Unna potius dividit, quia Croatia inter Unnam, & Colapim sita est) Sed secare Bosnam quasi per medium, jam diximus supra Cap. i. §. 2. n. 2. Et præter rationes ibi datas dicendum, aut querendum: Si Croatia à parte occidentali Varbas fluvii esset, & non Bosna, qui possent veteres Scriptores Urbem Jajce caput Regni Bosnensis indigitare, cum sit sita ex parte occidentali dicti fluvii? hoc ellet asserere Metropolim Bosnensem in Croatia. Avdiatur Munsterus: Mahumetes evdita Jajce captivitate, quæ illius Regni (Bosnensis) caput erat,

⁴⁴ erat, usque adeo indoluit &c. lib. cit. Cap. 27. Et in fine ejusdem. Cap. loquens de eadem Civitate Jajce: *Bosnensis*, inquit, *Regni hæc ante tempora nostra Caput erat.*

Falluntur itaque qui putant totam Bosnam ut Regnum contineri in solis plagiis utrinque fluvio ejusdem nominis adjacentibus: Et hic error forsitan derivatur ex alio, quo putant, juxta aliquos Scriptores Regni Bosnensis ac Nationis nomen derivari à Bosna flumine, ubi potius è contra se res habet. Bosna quippe, & natio à Bessis promanat per mutationem aliquarum litterarum, & additionem. Audiatur iterum Munsterus l. c. Primo tamen notandum: Bessos fuisse gentem, quæ ab alia pulsa fuit ex Bulgaria, de his Bessis loquens, ait: quod occupaverint à Drino flumine eam plagam, quæ inter Savum est, & Mare Adriaticum: *Factumque temporum decursu, ut in vocabulo gentis e mutaretur in o, O ex Bessis, fieret Bossis, argue inde Bosna.* Quæ permutations & corruptæ semper in mundo fuere, & etiamanum sunt. Numquid non corruptè Itali Slavos seu Slavonios appellant *Schiavoni*: Et ab his Latini seu Itali corruptè appellantur *Laczmani*? Item num non corruptè, & perperam Germani omnes Illyros appellant *Racis*, quasi omnes ex Rascia essent: Et ab iis appellantur *Svabis*, quasi omnes ex Svevia essent? Neutrum approbandum; Sed nec multum curandum, cum sint corruptæ physicae, utinam morales emendantur.

Bosna igitur, qua Regnum, cum floruit, plures Banatus, & comitatus, aliaque Dominia, vel Provincias continebat. Et conterminabatur ab oriente Drino fluvio, qui in Savum influit: A' meridie statu Ragusino, & Primordia, quæ est una zona protracta cis Mare Adriaticum: Ab occasu (juxta aliquos) Cetina, Montibns Corbaviæ, & Una flumine.

Demum fateor hæc me dixisse inquantum in diversis diversa legere licuit, non animo contendendi aut aliquem provocandi ad æmulationem: Sed ut dixi dimittendi quemque abundare in sensu suo. *Hodie confusi sunt Provinciarum fines, nec expedire nova facile est:* inquit Sebast. Must. l. 4. c. 25. Et bene dicit: *Enim vero nullus est dubium quod Dalmatia olim*

⁴⁵ confundebatur cum Slavonia, & utraque cum Illyria: atque extendebatur à Mari Adriatico usque ad Danubium, & à Carniola inclusivè usque ad Græciam exclusive: At vero nunc cum Dalmatia, tum Slavonia singulas Provincias, nec multum grandes ambiunt: quidni, & de Bosna idem dicendum?

Et hoc quod invenimus de Bosna, duo possunt: Ex primis Scriptoribus Regni Bosnensis ac Nationis nomen derivari à Bessos flumine, op̄i posse a eouiss te les habet. Bessos fuisse gentem, quæ ab aliis pulsa fuit ex Bulgaria, de his Bessis loquens, ait: quod occupaverint à Drino flumine eam plagam, quæ inter Savum est, & Mare Adriaticum: *Factumque temporum decursu, ut in vocabulo gentis e mutaretur in o, O ex Bessis, fieret Bossis, argue inde Bosna.* Quæ permutations & corruptæ semper in mundo fuere, & etiamanum sunt. Numquid non corruptè Itali Slavos seu Slavonios appellant *Schiavoni*: Et ab his Latini seu Itali corruptè appellantur *Laczmani*? Item num non corruptè, & perperam Germani omnes Illyros appellant *Racis*, quasi omnes ex Rascia essent: Et ab iis appellantur *Svabis*, quasi omnes ex Svevia essent? Neutrum approbandum; Sed nec multum curandum, cum sint corruptæ physicae, utinam morales emendantur.

F I N I S. *Ex Bessis, fieret Bosna.* Quæ permutations & corruptæ semper in mundo fuere, & etiamanum sunt. Numquid non corruptè Itali Slavos seu Slavonios appellant *Schiavoni*: Et ab his Latini seu Itali corruptè appellantur *Laczmani*? Item num non corruptè, & perperam Germani omnes Illyros appellant *Racis*, quasi omnes ex Rascia essent: Et ab iis appellantur *Svabis*, quasi omnes ex Svevia essent? Neutrum approbandum; Sed nec multum curandum, cum sint corruptæ physicae, utinam morales emendantur.

Bessos fuisse gentem, quæ ab aliis pulsa fuit, cum floruit, plures Banatus, & comitatus, aliaque Dominia, vel Provincias continebat. Et conterminabatur ab oriente Drino fluvio, qui in Savum influit: A' meridie statu Ragusino, & Primordia, quæ est una zona protracta cis Mare Adriaticum: Ab occasu (juxta aliquos) Cetina, Montibns Corbaviæ, & Una flumine.

Demum iste, post me gressile invenit in universis civitatibus reges locis, non unius continentis, non unius contingenientis, sed summis locis: Sed ut dixi dimittendi abundare apud quæcumque regem: Hodie confusa sunt Provinciarum fines, nec expedire nova facile est: inquit Sebast. Must. l. 4. c. 25. Et bene dicit: *Enim vero nullus est dubium quod Dalmatia olim*

Facultas Reverendiss. Superioris Generalis.

F Rater Joseph Maria de Vedano Ordinis Minorum S.P.N.
Francisci Lector Jubilatus, & in universa Cismontana Fa-
milia tam Observantium, quam Reformatorum, & Conceptio-
nistarum Commissarius Generalis, & Servus.

Cum opus, cui Titulus: *Epitome Antiquitatum Provinciæ
Bosnæ Argentinæ* à R. P. Philippo ab Occhievia nostræ Ob-
servantis Provinciæ Bosnæ Lectore Theologo, & exministro
Provinciali latino idiomate compositum, à duobus Patribus
Theologis, quibus id commissum, revisum, & approbatum fue-
rit, vigore præsentium facultatem eidem concedimus, quatenus,
servatis servandis, illud Typis mandare possit.

Dat. Romæ apud Aram Coeli die 6. Septembris 1765.

F. Josep. Maria de Vedano.
Commissarius Generalis.

De mandato Reverendiss. in Christo Patris
F. Jacobus Antonius Tusculanus Secret. Gen.

I N-

I N D E X

C A P U T I.

- §. I. **P**rovincia Bosnensis, qua Vicaria, tam antiqua, quam coœva est Sac. Religioni. num. 1.
Prov. Bosn. multas Natas est enixa n. 2. & seq.
Prov. S. Nicolai in Apulia ex Bosnensi prodivit. ibidem.
An Bosna titulo Provinciæ fuerit insignita ante divisionem
Bosnæ Croatiae? num. 5.
- §. II. Provinciæ Bosnensis divisio in Provinciam Bosnæ Croa-
tiae & Bosnæ Argentinæ. pag. 6.
Quam miserabilis status FF. Bosnæ Argentinæ tempore di-
visionis cum Prov. Bosnæ Croatiae. num. 3.
Quare hæc illam precedit Matri? num. 4.
- §. III. Bulgariæ Provincia prodivit ex Bosnæ Argentinæ. Et
Transylvania omittitur. pag. 8
- §. IV. Provincia S. Caii (nunc SS. Redemptoris) prodivit
ex Prov. Bosnæ Argentinæ. pag. 9.
Prov. Bosnen. tripartitur, & quare tripartitio non substitit?
num. 1. & seq.
- §. V. Provincia Bosnæ Arg. emititur Provinciam S. Joan. à
Capistrano. pag. 10.
Quam dolorosus hic postumus enixus Matri! num. 1. & seq.
per totum.
- §. VI. Eatenus Prov. Bosnæ Arg. passa est in ultimo partu,
quatenus extincta est visa; sed mox resuscitatur. pag. 14.
- §. VII. Breve Pontificium, & Decretum Ministri Generalis
restituentia Bosnæ Arg. Provinciam in integrum cum ju-
ribus antiquis. pag. 15.
- §. VIII. Concluditur præminentiam deberi omni jure Provinciæ
Bosnæ Arg. super illam S. Joannis à Capistrano. pag. 21.
- §. IX. Vocata in jus præminentia à PP. Provinciæ S. Jo: à
Capistr. deciditur in favorem Bosnen. pag. 22.
- §. X. Privilegia Bosnen. Provincia, ex gratia Superiorum
Gener. pag. 23.

C A-

C A P U T . I I .

- §. I. *De antiqua, & moderna consistentia Prov. Bos.* pag. 25
Præclarum testimonium Regis Stephani, scribentis ad Com.
Radivojum Vladimirovich. n. 2. pag. 26.
Quo magis antiquitùs Prov. Bosnen. fuit dilatata, eo magis
in præsentiarum est restricta. ibi n. 3. & seq.
- §. II. *De Monasteriis, quæ in Regno Bosnæ Q. fuerant, qua
destructis, qua defolatis.* pag. 28
- §. III. *Catalogus Vicariorum, qua Vicarię Q.* pag. 30
- §. IV. *Catalogus Minist. Provincialium Provincię Bosnæ Ar-
gentine.* pag. 31
- §. V. *Catalogus eorum, qui ex Religiosis hujus Provinciæ Bos-
nensis assumpti fuere ad Episcopatum.* pag. 34.
- §. VI. *Catalogus Scriptorum Provin. Bosnen. qui opera Ty-
pis dederunt.* pag. 35.
- §. VII. *Catalogus omnium Provinciarum Cismontanæ familiæ,
juxta ordinem præcedentiæ.* pag. 37-

C A P U T . I I I .

De Solo Regni Bosnæ.

- Bosna, montuosa licet, dives est omnigenis mineralibus, fe-
raxeque totius rei ad sustentationem vitæ humanæ necessa-
rię. pag. 39. num 1.
- Fortalitia murata, & præssiata, quæ Bosnensis Præsidis
Paffæ jus audiunt, numerantur. pag. 41 n. 2.
- Bosna non est Patria tam aspera, quin sit illi multifaria
amænitas. num. 3.
- Bosna dividitur in Inferiorem, & Superiorem. num. 4.
- Fluvius Varbas non divit Bosnam à Croatia, ut quidam
allucinantur, Sed secat fermè per medium. num. 5.

